

annulo signare, multo magis licebit signum suum non in annulo, sed
qualibet alia materia impressum apponere. Sed prius verum E. Resp.
plane hec sunt aliena & diversa, & hic vulgaris Logicorū R. obtinet: A
separatus nihil infertur. Nam alieno annulo signare possumus propter
expressos juris textus: Sed non alio signo, quam annulo, eò quod ea de
re textum habemus nullum. Imo ideo potissimum videtur permis
sum, ut alieno quoq[ue] liceat annulo signare. Diff. præter supra dictos
Branch. 2. misc. 16. ac aliter Conn. 9. Com. 2 & Vult. ad d. §. possunt
§. Inst. h. Nec tamen & hic reticemus aliter usu & in foro esse receptum,
dum sufficit Dass ein Testament mit gewöhnlichen Siegeln vnd
Signeten bezeichnet werden. Dauth. ad l. 22. n. 12. D. qui testam.
fac. poss. (e) d. l. 22. § 2. D. d. t. §. possunt. §. Inst. h. Sed dicat aliquis:
Qui alieno annulo sciens signat, ex l. Corn. falsi tenetur per l. 27. inf.
v. vel illicitis insignibus usus est & l. 30. v. qui signum D. ad l. Corn. de
fals. Resp. hoc verum esse, si in dolo malo id faciat, secus, si sciente &
consentiente signi domino utatur l. 2. & l. quid sit 23. D. eod. l. unica
C. demut. nom. Sed num testis alieno signo utens subscribere de
bet, quo d in defectum proprii signi adhibuerit alienum? Id af
ferit quidem Vigl. & alij add. § possunt §. Inst. h. Sed verius, testamen
tum ob illam attestationem omissam non corrue. Nullibi enim assi
gnationis illius, cur testis alienum usurpaverit annulum, mentio sit.

VIII.

Tandem inspicienda qualitas testium, ut ii
ad testimonium deponendum sint habiles. Ac
regulariter omnes adhiberi possunt testes, cum
quibus testamenti factio est, (a) Ex his vero alii
prohibentur naturâ, alii lege. Naturâ arcentur
impubes (b) furiosus (c) mutus, surdus (d)
cæcus. (e)

(a) §. testes autem 6. Inst. h. t. Sed cum duplex sit testamenti fa
ctio, una activa, qua testamentum condere quis potest; altera passiva,
qua ex alterius testamento legatum hereditatemve quis capere
potest: § in extraneis 4. Institut. de her. qual. & diff. maxi
mè dubium hic est quænam intelligatur testamenti factio?

Nos